

www.e-rara.ch

**Divi Ioannis Chrysostomi, Archiepiscopi Constantinopolitani, in totum
Geneseōs librum Homiliae sexagintasex**

Johannes

Basileae, anno 1523

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH FJ V 17

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-401>

Caput decimum - caput undecimum

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

nos offendit, si uoluerimus resipiscere: neque parentum uirtus nobis proderit, si fuerimus negligentes. Magnam itaque nobis sit studium uirtutis, ut gratiam uoluntatem ostendamus, quo eandem cum Sem & Iaphet consequamur benedictionem: & ut a maledictione & seruitute, quam Chanaan accepit, liberemur, & ne simus serui peccati, sed ueram possidentes libertatem, ineffabilia bona adipiscamur, gratia & misericordia domini nostri IESU CHRISTI, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

CAPVT DECIMUM.



Stae sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, Iaphet. Et nati sunt eis filii post diluuium. Filii Iaphet, Gomer, & Magog, & Madai, & Ioyan, & Elifa, & Thobel, & Mosoch, & Thiras. Et filii Gomer, Aschanaz, & Rurhat, & Thorgoma. Et filii Ioyan, Eliffa & Tharsis, Citii, Rhodii. Ab his diuisae sunt insulae gentium in terra earum, unaquaeque secundum linguam in familiis suis & gentibus suis. Filii autem Cham, Chus, & Mezrain, Phuth, & Chanaan. Filii uero Chus, Saba, & Euila, & Sabatha, & Regma, & Sabathaca. Filii autem Regma, Seba, & Dardan. Chus autem genuit Nemroth, hic cepit esse gigas super terram, iste erat gigas uenator coram domino deo, propter hoc dicent, quod Nemroth gigas uenator coram domino. Et fuit principium regni eius Babylon, & Orech, & Archad, & Chalanne in terra Sennaar. Ex terra illa egressus est Assur, & edificauit Niniuen, & Rhooboth ciuitatem, & Chalac, & Dasem, inter Niniuen & inter Chalac: haec ciuitas magna. Et Mezrain genuit Ludim, & Aeniamicum, & Labium, & Nephthum, & Patrosonium, & Chaslonium, unde egressi sunt Phylistium & Chapthorium. Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, & Chettum, & Iebusum, & Amorrhum, & Gergesum, & Aeuem, & Arucum, & Afennum, & Aradium, & Samarum, & Amathi. Et post haec disseminatae sunt tribus Chananeorum. Et facti sunt termini Chananeorum a Sidone usque ad introitum in Gerara & Gazan, usque ad ingressum Sodomae & Gomorrae, Adama & Seboiam, usque ad Lasa. Hi filii Cham in familiis suis secundum linguas suas in regionibus suis, & in gentibus suis. Et ipsi Sem nata est (familia) que & pater omnium filiorum Heber, frater Iaphet maioris. Filii Sem, Elam, & Assur, & Arphaxat, & Lud, & Aram, & Cainan. Et filii Aram, Hos, & Gath, & Mosoch. Et Arphaxath genuit Cainan, & Cainan genuit Sala, Salas autem genuit Eber. Et Eber nati sunt duo filii, nomen uni Phaleck, quia in diebus eius diuisa est terra, & nomen fratri eius Hiechan. Hiechan autem genuit Ielmodad, & Saleph, & Afaramoth, & Iorach, & Odorram, & Aizel, & Decla, & Aebel, & Abimeel, & Saban, & Vphir, & Euilat, & Iobab. Omnes isti filii Hiechan. Et facta est habitatio eorum de Masse, usque ad Sophera montem orientis. Isti sunt filii Sem in familiis suis secundum linguas suas, & in gentibus suis. Ista sunt tribus filiorum Noe secundum cognationes suas, secundum gentes suas. Ab illis dispersae sunt insulae gentium in terra post diluuium.

CAPVT VNDECIMUM.



Terat omnis terra labium unum, & uox una omnibus. Et factum est cum mouerentur illi ab oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt ibi, & dixit homo proximo suo: Venite conficiamus lateres, & coquamus eos igni: & factus est illis

illis later in lapidem, & bitumen fuit illis cœnum. Et dixerunt: Venite ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cuius caput erit usque in cœlum. Et faciamus nobis ipsis nomen, priusquàm dispergamur super faciem omnis terræ. Et descendit dominus deus, ut uideret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filii hominum. Dixit que dominus deus: Ecce genus unum & labiũ unum omnium, & hoc cœperunt facere, & nunc non cessabunt ab his quæ cœperunt facere. Venite quum descenderimus, confundamus eorum linguas, ut ne audiat unusquisque uocem proximi. Et dispersit eos dominus deus ab illo loco super faciem uniuersæ terræ. Et cessauerunt ædificantes ciuitatem & turrim. Et idcirco uocatum est nomen eius confusio, quia illic confudit dominus deus labia omnis terræ, & inde dispersit eos dominus super faciem uniuersæ terræ. Et istæ sunt generationes Sem. Sem autem erat filius centum annorum, quando genuit Arphaxat secundo anno post diluuium. Et uixit postquàm ipse genuit Arphaxat annos quingētos, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et uixit Arphaxat cētum trigintaquinque annos, & genuit Cainan. Et uixit Arphaxat, postquàm genuit sibi Cainan annos quadringentos triginta, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et uixit Cainan annos cētum triginta, & genuit Sala, & uixit Cainan postquàm genuit ipse Sala, annos trecentos triginta, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et uixit Salas annos centum triginta, & genuit Eber. Et uixit Salas postquàm sibi genuit Eber, annos trecentos triginta, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et uixit Eber annos centum trigintaquatuor, & genuit Phaleck. Et uixit Eber postquàm genuit Phaleck annos trecentos septuaginta, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et uixit Phalek annos centum trigintaquatuor, & genuit Ragau. Et uixit Phalek postquàm sibi genuit Ragau, annos ducentos nouem, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et uixit Ragau annos centum trigintaduos, & genuit Seruch, & uixit Ragau postquàm sibi genuit Seruch, annos ducentos septem, & genuit filios ac filias, & mortuus est. Et uixit Seruch annos centum triginta, & genuit Nachor. & uixit Seruch postquàm genuit sibi Nachor annos ducentos, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et uixit Nachor, annos centum septuagintanouem, & genuit Thara. & uixit Nachor postquàm sibi genuit Thara, annos centum uiginti quinque, & genuit filios & filias, & mortuus est. Et uixit Thara annos septuaginta, & genuit Abram, & Nachor, & Aran. Istæ generationes Thara. Thara genuit Abram, & Nachor, & Aran. Et Aran genuit Loth, & mortuus est Aran coram Thara patre suo in terra qua natus est, in regione Caldæorũ. Et acceperunt Abram & Nachor sibi uxores: nomen uxori Abram Sara, & nomen uxori Nachor Melcha, filia Aran & pater Melcha, & pater Iescha. Et erat Sara sterilis, & non generabat. Et accepit Thara Abram filium suum, & Loth filium Aran, filium filii sui, & Saram nurum suam, uxorem Abram filii sui, & eduxit eos de regione Caldæorum, ut proficiscerentur in terram Chanaan: & uenerunt usque ad Charan, & habitauerunt illic. Et facti sunt omnes dies Thara in terra Charan anni ducenti quinque, & mortuus est Thara in Charan.